



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 101. Septendecim Cardinales ab Eugenio Papa creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

tur postmodum a Cardinale Arelatensi, ei-
 que Piscatoris annulus consignatus, quo
 facto ab adstantibus in Ecclesia Monaste-
 rii ad S. Mauritium Pontifex salutatus, so-
 lio impositus est. Postera die relicta Ri-
 palia Tunonium petiit, ut ibidem Ponti-
 ficie dignitatis munia obiret, ubi sacris
 quoque solemnibus in vigilia nativitas
 Dominicæ interfuit: Cum vero plurimis
 promissior Papæ barba satis ridicula vi-
 deretur, & ipse ob rei novitatem, quæ
 Pontificia Majestate indigna esset, a plu-
 ribus illuderetur, eam sibi abradi per-
 misit.

§. CI.

*Septendecim Cardinales ab Eugenio
 Papa creati.*

Interea Eugenius Papa, ubi novam Pon-
 tificis electionem perceperat, Legum
 severitate in Felicem animadvertere de-
 crevit. Quapropter illum hæreticum,
 atque schismaticum, ejusdem vero ele-
 ctos, fautores, & asseclas, nisi intra
 quinquaginta dierum spatium ab eo desi-
 cerent, anathematis poenæ obnoxios de-
 claravit. Ex adverso Basileenses cuncta,
 quæ ab Eugenio decreta erant, in irri-
 tum revocabant, atque eis morem geri
 prohibebant. Hic vero, ut suorum nu-
 merum augeret, Virosque sibi accerferet,

M m 4

qui

Sæcul. XV.
A.E. 1439.

qui Felicem, & Basileense Concilium impugnarent, Florentiæ in Synodo, ac publico Purpuratorum Senatu die decima octava Decembris septendecim creavit Cardinales ex omnibus ferme Nationibus selectos, quos inter præcipui erant duo Græci, qui post peractam unionem remanserant in Italia; scilicet Isidorus Thessalonicensis Monachus sancti Basilii Archiepiscopus Ruthenus, & Bessarion Metropolitæ Nicænus; Ceterorum Cardinalium nomina erant Reginaldus de Cambrato natione Gallus Archiepiscopus Rheimensis, & Francorum Regis Cancellarius; Ludovicus de Lucemburgo Rodomagensis Archiepiscopus, & Regis Angliæ Cancellarius; Joannes Juvenis natione Picardus, qui legatione Philippi Burgundiæ Ducis in Concilio Florentino sub nomine Episcopi Morinensis functus est; Sbigneus natione Polonus Episcopus Cracoviensis, quem Felix quoque anno sequenti Cardinalem nominavit, & ob dignitatis hujus splendorem suæ factioni accessurum sperabat, bene gnarus, hunc Polonum nec Eugenio, nec Felici aperte adhærere; Præter hos creavit Antonium Martini de Clavibus Episcopum Lusitaniæ; ex Germania Petrum Schombergum Episcopum Augustanum; Dionysium de Zeech Archiepiscopum Strigoniensem in Hungaria. Denique

Joan-

Joannem de Turrecremata Hispanum Or-
 dinis Prædicatorum, & sacri Palatii Ma-
 gistrum, qui Eugenii partes, atque au-
 thoritatem egregie tuebatur.

Sæcul. XV.
 A. C. 1439.

§. CII.

Res Armenorum cum Eugenio Papa.

Constantini Armenorum Patriarchæ O-
 ratores, quos in mense Septembri
 ante Græcorum discessum Florentiam ad-
 ventasse, jam alibi memoravimus, non
 nisi mense Novembri Eugenio summo
 Pontifici suas publicæ fidei ac mandati
 literas offerebant. Dabantur illæ die vi-
 gesima quinta Julii anno Domini millesi-
 mo quadringentesimo trigesimo octavo.
 & habentur Synodi actis insertæ. Hac
 Legatione Viros numero quatuor functos
 esse constat, quos inter solus Joachimus
 Episcopali dignitate fulsisse refertur, cete-
 rorum trium nomina erant Sarchis, Mar-
 cus, & Thomas. Eugenius postquam Sy-
 nodum Oecumenicam celebrandam eo-
 rum Patriarchæ significabat, eosdem ad
 unionem cum Romana Ecclesia adhorta-
 tus est, quam ob rem Patriarcha præ-
 fatos Doctores ad eam ablegavit, qui cum
 advenissent, Eugenius tres Cardinales, sci-
 licet Ostiensem, S. Crucis, & S. Sabinæ, qui
 idem est ac Cardinalis Julianus, delegit,
 ut cum Armenis de rebus fidei dissi-
 dent.

Conc. gener
 part. 3. Conc
 Florent. pag.
 1198. to. 13.